Georgius de Homonna
7/5 1620+

Reverendissime et Illustrissime Domine,

Intelligo, quod Illmus Dnus Castellanus Premislien. per Illmam Dn. Vram apud
Suam Regiam Mattem querelam contra me deposuerit, cogitans forsitan, quod si
quis prior alium accusaverit, ille alium in re vicerit. Etsi hactenus ego Suæ
Regiæ Matti et Illmæ D. Vræ hoc in negotio noluerim molestus esse, necessitate
actus compellor tamen, ne taciturnitati meæ consensisse videar. Cum et in pro-
verbium abijt, qui tacet, consentire videtur. Mihi Illmus Dnus Castellanus
magnam ignominiam et despectum facit, prætendens, quasi unum ex Tartaris
eius verberibus affici, et ex porta ejici, curassem. Quamprimum autem in-
tellexi, Illmum Dnum Castellanum, ex hac iniquâ accusatione, et sinistra per
hunc Ethnicum Tartar informatione, contra me commotum esse, vehementer
indolui, et mox ad Illmum Dnum Castellanum, literas humanitatis, benevo-
lentiæ, et justæ excusationis, plenissimas, misi, in quibus Deum et conscienti-
am meam, contestatus sum, me nedum famulum eius male excipi curasse,
sed neque de hac re, de qua accusabar, ante acceptas quorundam amicorum
literas aliquid scivisse. Addidi in ijsdem me diligentissimam inquisitio-
nem super hoc negotio facturum, et siquid iniuriarum prædicto Tartaro à meis
famulis aut subditis illatum est, pro eo me Illmo Dno Castellano plene satis-
facturum. Verum Illmus Dnus Castellanus ad has literas meas nihil responsi
dedit, imo tabellarius post accepta verbera, easdem, uti ipse referebat, ebi, de-
vorare coactus est. Deinde, in certo numero Kozachos huc misit, qui mihi et
meis insidias struerent, aliquot diebus circa Liaskam divagati sunt, postre-
mo in Civitate Soly vulgariter dicta, famulum meum quendam nacti sunt,
quem tam crudeliter ceciderunt, ut animam exhalaverit. Me autem coram va-
rio hominum statu, talibus indignissimis convitijs prosciderunt, qualia à nul-
lo mortalium hactenus passus sum. Et nunc, uti intelligo, insidias mihi et me-
is machinantur, Causam hujus rei, certo Illmæ D. Vræ scribere possum, Ill.
D. Castellano, nullam dedi. In afflictissimo hoc statu meo, in quem me so-
la vera unaque Catholica fides in Deum, fidelitas in Regem meum, conjecit,
confugi sub alas Suæ Regiæ Matis et ceu quid Catholici, à quibus subsidium
consolationem et quietem sperare poteram, ad alias multas tribulationes, quas
ab hæreticis patior, suas et novas mihi innocenti addere, non dubitant.
Quapropter, rogo Illmam D. Vram, significet hoc Suæ Regiæ Matti, ne me
sub protectione et alis suis talia patiatur ferre, imperet Illmo D. Castel-
lano, ut in posterum à talibus abstineat. Ego in hujus Regni partes pro
parvo temporis spatio, quibus non pugnâ gratia, concessi; spero enim bre-
vi et expecto felicissimum, vel per compositionem, vel cum exercitu S.
Cæsaræ Matis in Hungariam reditum. Præsens status meus qui sit,

312

INSTYTUT BADAŃ NAD DZIEDZICTWEM KULTUROWYM EUROPY

et quam tenuis fortuna, res ipsæ loquuntur, non est quod Illmus D. Ca[...]
contra me agens, vires et potentiam suam demonstret. Constat omnibus st[atibus]
huius inclyti Regni, me non propter aliquod inconueniens factum meum, sed
propter solam unamq[ue] fidem Catholicam, et fidelitatem in Regem meum, ex patria
bonisq[ue] meis, ad tempus concessisse. Malui enim abiectus esse in domo Dni, quam
in cathedra pestilentiæ sedere, aut habitare in tabernaculis peccatorum; Nolui par=
ticeps esse consiliorum et factorum hæreticorum, obedire malui Deo, et Regi meo
quam hominibus. Quapropter, ab omnibus Catholicis statibus, potius propen=
sos in me animos, beneuolentiamq[ue], quam aliquam tribulationem aut vexatio=
nem expectare possem. Illmæ D. Vræ hoc etiam vere scribere possum, quod
cum hac parua familia mea, non aliter fere, intra domesticos parietes meos me
contineam, quam si in aliquo monasterio viuerem. Et hoc facio, ne quisquam oc=
casionem aliquam me iure calumniandi habeat. Multorum ex varijs par=
tibus, et multa contra me quamuis innocentem audio, quæ ad aures neq[ue] Illmæ
D. Vræ, neq[ue] Regiæ Mattis, perferuntur. Fere is status rerum mearum est,
ut, cum S. Dauide dicere possim, Quia cinerem tanquam panem manduca=
bam, et potum meum cum fletu miscebam. Eo deueni in hac terra, ut omnis
cibus et potus meus, cum molestijs, tribulationibus, et afflictionibus, misceantur.
A patriæ hostibus, non tanta, quanta hic passus sum. Verum propter illum qui di=
cit; In patientia vestra possidebitis animas vestras, hæc omnia alacri fortiq[ue]
animo fero. Rogo tn Illmam D. Vram etiam atq[ue] etiam, mei quoq[ue] ne
obliuiscatur, et præsertim in hoc negocio apud Suam Regiam Mattem. Pro
quo beneficio, si ego Illmæ D. Vræ satisfacere non potero, Deus ipse erit mer=
ces magna nimis. Sed ecce cum hæc plane scriberem, à quibusdam mihi
relatum est, Illmam D. Vram mihi nonnihil offensam esse, eo quod nonnulla
res Magci Domini Adami Lipsky, fratris charissimi Illmæ Dnis Vræ, in Hun=
garia in arce mea perierint. Ego huius damni causa esse non potui; Quia
hostis Ecclesiæ Dei, et Regis mei, contra voluntatem et expectationem meam,
et illam arcem, et alia bona mea, occupauit. Non multum temporis interces=
sit, quod cum Magco Dno Lipsky Dedmisthia de his omnibus rebus ami=
cissime contulimus, et ab inuicem magno cum amore, et non cum paruis
beneuolentiæ signis, discessimus. Modum etiam optimum Magco Dno signi=
ficaui, quo res suas facile recuperare possit, quem scio Magcus Dnus non ne=
gliget. Rogo itaq[ue] Illmam D. Vram, etiam atq[ue] etiam, in me antiquam
suam beneuolentiam et egregiam animi sui propensionem declarare velit;
Si Deus me cum Sua Cæsarea Regiaq[ue] Matte esse voluerit (quod breui futurum
spero) non prætermittam Illmæ Dnis Vræ fratris charissimi seruitia fide=
lissima, et preclarissima bellicæ virtutis monimenta, referre. Et in hoc
totus ero, ne eiusdem Magci Dni virtus tanta, qua paucorum tali tempo=
re esse solet, præmio suo careat. Quod reliquum est, Illmæ D. Vræ
in annos quamplurimos, optimam valetudinem et omnia felicissima ex animo
cupio. Datæ Zrinska. 2. Maij 1620.

Rmæ ac Illmæ D. Vræ

Stor et Amicus paratissimus.

Comes Geor Drugeth de
Homonna mp.

INSTYTUT BADAŃ NAD DZIEDZICTWEM KULTUROWYM EUROPY

D. Cy
us ſu
meum, ſed
rum, ex ſatris
ro Dni, quam
m; Nobis ſar.
, et Regi meo
tius propen
ut beatis=
num, quod
es meos me
quisquam ot=
x varijs par=
s neq Illmo
earum eſt,
mandura=
rra, ut omnis
miſceantur.
illum quj di-
beri fortiꝰ
ri quoq ne
tem. Pro
ipſi erit mer=
usdam mihi
od, nonnulla
ius Vra, in hun-
tui; Quia
nem meam,
Vris interces-
s rebus ami=
cum parvis
quo Dno ſigni-
nus non ne=
antiquam
rare velit;
brevi futurum
nitra fide=
. Et in hoc
tali tempo.
sma D. Vra
hima exanim

vs Dn
a VM

313

Rever^mo^ ac Ill^mo^ Domino An-
dreæ Lipsky, Episcopo Luceorien, ac in-
-clyti Regni Poloniæ Vicecancellario. etc.
Domino et Amico observan^mo^:

s, me cum Sua Cæsar. Regiaq. Matte, esse volue
non prætermittam Illmæ Dnis Vræ fratris c. So
, et præclarissima bellicæ virtutis monimenta
ro, ne Eiusdem Magci Dni virtus tanta, qu
olet, præmii suo careat. /. Quod reliquum
s quamplurimos, optimam valetudinem et omn
Datæ Zinska. 2. Maij. 1620.
a D. Vrã

Stor et Amicus paratiss^mo^

Comes Gor
Ho

INSTYTUT BADAŃ